



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XLI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

ducor in sententiam, vt vim illam perpeffum à filijs senem crediderim. Inuenit tamen fideles, qui clàm laxatum, nauigio Lubicam abduxere, ibique per annum permanens, re inter difidentes composita, reducitur in Kilonem. Iactauit fortuna comitem illum varijs casibus: & nunc regalibus nuptijs, vt diximus, extulit: inde à suis habitum contemptui deiecit. Sedebat ad mensam in arce Kilonis, cum inter ioca plurima nimis exasperatur ab adolescentibus, qui de more feruiunt nobilitati: Conuersus in eum insanus ille, qui improbius illi instaret, offe proiecto, comitem altero lumine exoculauit. Filius eius Christophorus regi Dania, fratri vierino, cognominis, cum ad fenestram in arce sublimiorem staret, incertum ab alio impulsus, an suo decidens infortunio, in fossatum corruens ceruices confregit: Ita factum est, vt Iohannes ex multis filijs solum relinqueret superstitem Iohannem tertium, quem cognominare Largum.

CAPVT XLI.

Gerhardus cæci filius, cum audiret casus fratruetum, singulariter motus atroci exitu Adolphi, rebus compositis, Lubicam ingreditur cum filijs: ibi, vt confidebat, securior futurus, quod amaritudinem ex prioribus bellis consedisse vereretur apud nonnullos in opportunitate vindicatuos. Eius, vt diximus, filius Gerhardus, solus parentibus superstes, ab ecclesia redibat in seculum: apud quem institisse ferunt Christophorū Daniæ regem, vt qui in vrbe Lubica commaneret, accepta pecunia Iohanni adolescentiori fratrueli suo, regis vierino fratri, permetteret in Stormaria suam ditionem. Recusabat Gerhardus, quod & illi filius esset Iohannes,

& non-

& nonnulli fratruales propiores ex fratre Henrico. Cre-
 uit autem Gerhardus, qui postea dictus est Magnus: nam
 arcem Reinoldesborg ille possedit, in qua turrim exadi-
 ficasse dicitur eius commodis Bremensis archiepiscopus
 Gisbertus, eius auunculus, eam qua etiam nunc cerni-
 tur rotunda. Gessit autem ille rem in Holsatia cum Io-
 hanne fratruale Gerhardi filio, qui praefuit Stormaria.
 Sed, ut fieri solet, multitudo fecit praesidium, ut tenuis
 feret cuiusque ditio. Henricus tamen pater Gerhardt
 vectigal constituit in Hamburgo de mercibus extero-
 rum: quod etsi ciues non graualet, diu tamen restite-
 re, arbitrati hoc ipsum rebus eorum incommodari, quod
 extranei mercatores fugiunt ea loca, qua vectigalibus
 nouerint onerosa: Sed praeualuit comitis in ea re volun-
 tas. Erat autem annus post mille trecentos decimus, cum
 Albertus Romanorum rex pacato agmine per Rheni ri-
 pam descenderet, & a fratris filio nepote suo, cum nihil
 illum formidaret, improuisus opprimitur: Adolefcens
 erat egregia virtutis, quem rex negligere visus est: ut
 nullo ductu, nulla administratione, nulla ditione a pa-
 truo honoraretur: Id dolens, nimum acerbe &
 immaniter suo vindicauit periculo atro-
 cissimo in regem fa-
 cinore.

SAXO-